

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XVIII

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

inde emerferit, tum concham invertit. Ceterum Nautili brachii interfacet membranula, qualis est inter palmipedum digitos, sed hac magis est tenuis, in tela aranea modum, robusta tamen, qua aura etiam inspirante velificat Cirri, quos utrimque multos habet pro gubernaculis vitur atque ubi metuit, tum concham protinus marino humore oppletam demergit. Ceterum Psittaci rostrum habet, suisque cirri polypi modo graditur, atque eodem modo a setabulis sorbet.

## CAPUT XVIII. DE OSTREIS.

**O**streæ dulcibus quamvis gaudeant aquis, in petrosissis tamen etiam reperiri locis, prodidit *Plinius*. *Aristoteles* vero, licet victum in humore exerceant, nec foris vivere queant, nihil tamen vel aëris, vel humoris recipere asseverat. Cum ad Apamæam Phrygiæ urbem Mithridatici belli temporibus è motu terræ discessisset, fluvii subito apparere, nec tantum dulces, sed & amaræ ex visceribus terræ, (longius quamvis abesset mare) se proripere aquæ, ut universum tractum illum ostreis repleverint. *Athen.* l. 8. Color ostreis diversus est. Rufæ sunt in Hispania, fuscæ in Illirico, in mari rubro flammeis ita distinguuntur zonis, ut varii coloris temperatura ad iridis accedat similitudinem. *Alian.* l. 10. c. 13. Circa initia æstatis multo sunt prægnantia lacte. A Byzantinis vero hoc seri, abjectum in aquam ad sara adhærescere & ostreas fieri, & *Gillius* scripsit, & verisimile est. Nam ex decocto fungotum in terram projecto, fungos enasci certum est. Carnes illarum mirifice cancer appetit, sed quia forti à natura munitæ sepro, difficulter his potitur. Astu igitur acquirit. Nam dum in locis vento non expositis cum voluptate percalescere videt, suasque ad radios Solis appetire plicas, clanculum injecto calculo, ne iterum claudat impedit, sicque potitur.

CAPVT